UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Bartolvs A Saxo Ferrato In primam Codicis Partem

Bartolus

Lugduni, 1567

Diuersis rescriptis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96119

Visual Library

ctores in ca.nonnulli.de reſcrip.⁊ per dominum Anto. in c.j. eod. titu.⁊ in cap.que in eccleſiarum.de conſtitu.per Bald.in l.fina.C. ſenten.reſcin.non poſſ.⁊ in l.eam quam.de fideicommiſ.⁊ in prelu-dijs feudorum.⁊ in cap.j.§.naturales.in prin.ſi de feu.fue.contro-uer.⁊ Imo.in l.fin.ff.a quibus appel.non licet,⁊ in l.quidam con-ſulebant.de re iudica. Et videtur magis communis concluſio,qđ aut fit commiſſio in alterius grande preiudicium,⁊ non ſufficit ex certa ſcientia,ſine clauſula,non obſtante propter derogationem talium reſcriptorum, quam facit in d.l.quoties.ideo oportet per clauſulam,non obſtante qđ deroget illi legi.argu.l.ſi quis in prin-cipio teſtamenti.de lega.iij. Aut non tractatur de preiudicio alte-rius,⁊ tunc ſufficit certa ſcientia.l.Barbarius.de offi.preto.⁊ d.l. quidam conſulebant. Aut de modico preiudicio tractatur,⁊ tunc etiam ſufficit certa ſcientia.l.idem Vlpianus.in fi.de excu.tut.⁊ d. l.quoties.§.de precib. Impe.offe.licet Pau.de ca.in l.iij.§.ſi is pro quo,quod quiſque iur.dixerit ſimpliciter ſufficere clauſulã ex cer-ta ſcientia.per d.l.j.idem Vlpianus.

h ALEX. ¶ Generaliter loqui. Vide Spec.in tit.de inſtr.edi.§.nũc autem videndũ reſtat.in verſi.ſcias quod ſi in priuilegio,⁊c. Vide Alex.in l.quanquam.j.de teſtamen.mili.in l.centurio.ff.de vulg.⁊ pup.ſubſti.vbi ponit de clauſula non obſtante,⁊ de clauſula,ex cer ta ſcientia,⁊ ibi refert vnum nota.dictum Paul.de ca.in materia. Et de iſta clauſula,non obſtante,vide per Bar.in extrauag.ad re primendum.in ver.non obſtantibus.per Bal.in titu.de pace con ſtan.in ver.ſi,quis autem.per Bald.j.de appella.l.eos,⁊ gl.in cle-men.⁊ ſi principalis.de reſcrip.in c.ſtatutum.in verbo, literarum. de reſcrip.in vj.Bartol.in l.ſciendum.ff.qui ſatiſdare cogan.⁊ ibi omnino vide Bald.in l.fi.j.ſenten.reſcin.non poſ.⁊ late per Mo-dernos in l.ſi conſtat.ff.de app.⁊ adde quod vbi plura ſunt obſtã-tia,nõ ſufficit generalis clauſula,nõ obſtãte,ſed debet de ſingulis defectibus fieri mẽtio,ſm Bal.in l.j.j.de fur.⁊ dicit Bal.in auth. nauigia.j.de furt. ¶ Not.quod in conſtitutione Principis ſufficit generalis clauſula,non obſtante in contrarium. Et an reſcriptis debeat dici,non obſtante lege in contrarium,vide Bal.in authẽ. quas actiones.C.de ſacroſan.eccle. Sed quid ſi lex diceret, quod poſſit Princeps diſpenſare,vide Bar.in l.omnes.C.de aque du-ctu.lib.xj.⁊ vide quod no. Imo.in l.iij.C.de teſtamen.⁊ hanc deci-ſionem Bar.limitat domi.Ant.in c.que in eccleſiarum.de conſti-tu.dicens,quod verum eſt dictum Bar.quod ſufficit clauſula ge neralis non obſtante aliqua lege in contrariũ faciente,nec requiri tur ſingularis. Tamen illud eſt verum,niſi forma legis illud indu ceret,vt quia dicat, non valeret reſcriptum, niſi faciat mentionem de illa lege,vt in caſu c.nonnulli.de reſcri.nam tunc requiritur etiã ſingularis. Et de materia remittit Ioan.de Imol.in d.c.que in ec-cleſiarum.ad dictum per ſe in c.j.de exceſ.prela.in vj.que text.vide per Imol.late poſt alios,in c.nonnulli.de reſcr.vbi refert Bal.hic poſt Barto.eos inter ſe variaſſe.⁊ ibi vide per eum de concordan. vnum dicit notabile Bal.in c.j.§.naturalis.ſi de feu.fue.cõtrouer. quod quãdo gratia Principis non eſt gratia communis,vt quan do legitimat aliquem de feu.contra.d.§.naturalis.licet hoc facere poſſit,vt ibi eſt gl.tamen requiritur exuberans ſolennitas,vt dica tur non obſtante §.naturalis. Sed vbi eſt gratia communis,tunc ſufficit clauſula non obſtante aliqua lege,vt no.gl.in l.femine.ff.de

i reg.iur. Adde quod Bal.de pac.Conſtan.in ver.libellari,in verbo non obſtante.dicit per illum tex.quod quãdo imperator concedit alicui aliquod reſcriptum quod ſit contra legem aliquam,debet ſpecificando dicere,non obſtante tali lege : alias videtur quando non valeat,arg.l.ſi quis in principio teſtamenti.ff.de leg.iij.⁊ l.nã ita diuus.ff.de adopt. Sed ſi reſcriberet contra reſcriptum ſuffice ret dicere , non obſtante aliquo reſcripto , quia facilius tolluntur iura poſitiua,ſeu priuilegia,quam iura communia, vt in auth. de non alie.aut permu.§.illud.vbi poſtea ſubdit etiam ipſe Bal.hec formalia verba. Sed quid ſi ita dicat Imperator,concedo tibi pri uilegium,non obſtante lege,⁊ non obſtãtibus legibus illis dicen-tibus generale dictum nõ valere, niſi in caſibus ſpecialiter nume-ratis,ſicut eſt in l.ſed ⁊ ſi quis.§. queſitum.ff. ſi quis cau.⁊ C.ad Vellei.l.iubemus. Reſpondeo,credo quod teneat,arg.l.ſi quis in principio teſtamenti.de lega.iij.⁊ §.pen.in auth.hoc inter liberos. C.de teſta.⁊ j.de iure codicillorum.l.diuus.§.licet.⁊ de hac clauſu la vide omnino que dixi poſt Bal.in auth.ex complexu.C.de in-ce.nup.⁊ adde Io.And.in titu.de leg.§.ſupereſt videre,verſic.ſed illud obtinet, vbi dicit quod materia iſta eſt adeo dubia quod lis adhuc ſub iudice pendet. Et vide in l.cauſas.j.de tranſac.⁊ no.in l.j.§.de legibus.⁊ Bald.in l.reſcripta,⁊ in l.quoties. de precibus Impe.offe.⁊ Bald.in l.omnes.j.de preſcrip.xxx.ann.per do.Ant. in c.j.de reſcrip.⁊ in c.pen.de capel.mona.⁊ do.Pe.de Ancha.in c. cum inſtãtia.de cenſi.per doc.in c.j.de conſti.in vj.per Imo.in Cle. dudum.de ſepul.⁊ ibi quotuplex ſit iſta clauſula,⁊ adde quod no. Bald.in l.non dubium,⁊ in l.humanum.§.de legibus.⁊ Salic.in l. ſancimus.j.de teſt.Bal.in l.fi.C.ſen.reſcindi non poſ. Vnum adde quod tene menti.quis acceſſit ad Principem narrãs in reſcripto, quod talis gaudet tali priuilegio,⁊ ſtatuto forte contento ſub tali rubrica ⁊ ſupplicatur, vt ſibi placeat cõmittere cauſam tali iudici non obſtãtibus talibus priuilegijs,vel ſtatuto tali. Princeps re-ſcribit.talis iudex videat ⁊ iuſtitiã faciat queritur nunquid dero-gatum ſit iuribus iſtius,contra quem eſt impetratũ , non obſtãte mentione de ſtatuto,vel priuilegijs. Dic quod nõ,vt plene diſpu tatur per dominos de Rota.deciſione ccclxvj.que incipit,item in commiſſione, alias, neq; ſi in viſione.alias cccvj.quod nõ.quia di xiſſem contrarium per id quod ſcripſi ſecundum eoſdem in l.ſi fi-lius.ff.de dolo. Et de hac clauſula, non obſtante,quando habeat ſuperior neceſſe apponere in actu.vide quod multum not.Bal.in l.conſulta.C.de teſta.⁊ vide Bal.in auth.hoc inter liberos,⁊ vide eum dubitare vtrum talis clauſula dicatur tollere conſtitutionem iuratam. Et dicas quod clauſula generalis,non obſtãtibus ſtatu tis, vel priuilegijs quibuſcunq;, appoſita in priuilegijs,non tollit conſtitutionem iuratam. Gloſ.eſt ſingularis.c.cum non deceat.de electione.in vj.ſuper verbo,effectus.in ver.quid ſi talem conſuetu dinem,⁊ ita no.dicit Angel.in l.j.§.que onerãde.ff.quarum rerum actio non datur. Et illam glo.allegat pro ſingulari Abb.Siculus in ca.j.de his que fiũt a maiori parte ca.niſi fieret mentio de iura mento,ſecũdum eũ. Et adde quod nõ.in c.quia ſepe.de electione. in vj.⁊ in c.cum aliquibus.de reſcriptis in vj.⁊ illam gloſ.etiam ſe-quitur Imol.in c.dilecti.de preb.⁊ not. Ioan.and.in ca.j.de filijs presby.in nouella,⁊ in rub.de teſta.in priñ.in additio. Spec. Idem in clauſula,non obſtante pacto,vel quibuſcunq; capitulis, quia non tollit pacta,vel capitula iurata,vel ſententia confirmata.glo. eſt ſingularis in cle.dudum.§.pen.in gloſ.in ver.pactum.de ſepul. quod tene menti. Et adde quod in ſimili no.in l.ij.§.lege.ff.de iudi. ⁊ videtur in terminis no.Cy.⁊ ibi dixi poſt Bart.in l.j.ff.de condi. ob cau. Item adde quod talis clauſula nũquam tollit determina tionem legis antique,vt in auth.de here.ab inteſta.in glo.col.viij. ⁊ quod dixi poſt Bart.in l.nam ⁊ poſteriores.ff.de legibus. quã glo.alleg.Bart.in d.l.ſciendum.in princ.poſt glo.ibi,⁊ vide not.in d.l.ſi quis in principio teſtamenti.⁊ vltra iſta de clauſula,non ob-ſtante,vide per Pet.de Anch.in repetitione c.ſi propter tua debi ta,de reſcrip.lib.vj.⁊ Io.And.in c.j.de exceſ.prelato.in vj. Et adde quod lex Imperatoris poſterioris non intelligitur derogare pri-uilegijs militum. Gloſſ.eſt ſingularis in lege decurio.C.de ſilent. quam pro ſingulari ponderat Bald.in capitul.primo in fin.quo tempore miles.

De diuerſis reſcriptis. Rubr. XXVI.

¶ Continua, vt in gloſſ.

LEX I.

1 ☞ Dicta in prefationibus,in ſequentibus videntur repetita.
2 Beneficium vni collatum,porrigitur ad conſortem.
3 Perſona in his,que ſunt modici preiudicij, intelligitur repetita.

SI libellum. Breuiter dicit, preiudicij paruitas,⁊ rationis iden-
a titas,facit vt in reſcriptis intelligatur repetita[a] per ſona, que in interrogatione preceſſit.h.d. ¶ Not.qđ
1 que in prefationibus † dicuntur,in ſubſequentibus repetita intelliguntur.concordãtie ſunt in glo. ¶ Item not.quod
2 beneficium † collatum vni,porrigitur ad conſortem. ¶ Cõtra hoc opp.de minori.l.quod ſi minor.§.ſi ſeruus.de condictio.furti. l.iiij. vbi dicitur,quod ſi quis interrogatur de duobus,⁊ reſpondet de vno, de alio idem non videtur reſpondere.ad idem extra de pre-ſump.c.nonne. Sol. Hic eſt rationis identitas,ibi diuerſitas. Op-
3 pon.perſona nunquam intelligitur repetita, † vt l.ſi ita ſtipulatus. §.Chriſogonus.ff.de ver.oblig. Sol.hic tractatur de modico pre-iudicio,qr conceditur reſcriptum ad iuris communis obſeruan-tiam,ibi tractatur de magno preiudicio.

ADDITIO.

a ¶ Repetita. Quia reſcriptum declaratur ſecundum ſupplicatio nem,vide Comen.conſi.c.poſt princi.per Are.⁊ alios in §.preter-ea.de inuti.ſtipul. Alexan.conſi.lxxxiiij.in j.vol. Iaſ.hic,⁊ in l.Gal lus.§.idem credendũ.de liber.⁊ poſthu. Vide etiam quod conſu-luit domi. Anto.de But.in conſi.ij.incip.viſis literis.per totum.⁊ in conſi.ſeq.melius in alio caſu,vide Iaſ.in l.cauſas.C.de tranſa-ctio. Feli.in cap.ſuper literis.verſi.quarta regula.de reſcrip. Vide Roma.conſi.lxxx. Iaſo.in l.penulti.ff.de iuſtit.⁊ iure. Vide in ma-teria generaliter Felin.in cap.inter dilectos.extra de fide inſtrum. Vide Iaſon.in l.Gallus.vbi §. Quid autem quando petitum eſt

cauſam

cauſam committi ſummarie, ⁊ de plano ſimpliciter, ⁊ in reſcripto
ſolum dicitur, cognoſcatur ſummarie. ⁊c.

LEX II.

1 ☞ Reſcriptum ad lites, quomodo dicatur perpetuum.
2 Priuilegium, quando dicatur perpetuum, ⁊ quando temporale.
3 Priuilegium qualiter perdatur per actum contrarium.

FAlſo aſſeueratur. Breuiter dicit, Reſcripta Prin
1 cipis perpetua. h. d. ¶ Quero vtrum reſcripta † finiātur
a tempore: [a] Hic aduerte, quedam ſunt reſcripta, que con
cēduntur ad iuris communis obſeruantiam. ⁊ in his loquitur hec
lex. in quo dic, ſi quidem poſt primum reſcriptum non fuit impetra
tum ſecundum reſcriptum. ipſum eſt perpetuū. hoc eſt, tanto tem
pore durat, quanto durat id, ſuper quo eſt impetratum. Ita loqui
tur hic. Sed ſi poſt primum fuit impetratum ſecūdum, tunc ſi pri
mus impetrator per annum fuit negligens, valet ſecundum reſcri
ptum. extra de reſcrip. c. plerunque. ⁊ dic vt ibi per Inno. ⁊c. ¶ Si
2 vero queris de priuilegijs, † an ſint perpetua, vel temporalia, dic vt
not. Canoniſte in c. cum acceſſiſſent. extra de conſtit. Et hoc ſi que
3 ris qualiter priuilegiū negligendo perdatur. Si vero queris † qua
b liter perdatur [b] priuilegium per actum contrarium, dic vt not. j. de
excu. tut. l. voluntarie ⁊c. Non habetis hic alia.

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ Finiātur tempore. Uide Inno. in c. ceterum. de reſcri.
in fi. qui ponit omnes caſus, in quibus quis perdit reſcriptum im
petratum per ſe. Et vide no. per Bart. in l. fi. circa fi. ff. de conſtitut.
princi. ⁊ Spec. in tit. de inſtru. edit. §. nunc autem. ver. item opp. vbi
etiam ponit omnes caſus.

b P. PAV. P. [b] ¶ Perdatur. Uide. Alex. conſil. cccxxxvj. circa fin.
latiſſime Fel. in c. cum acceſſiſſent. extra de conſtitu.

LEX III.

1 ☞ Exemplum exempli an probet.
a **SAncimus.** [a] Hec l. legitur duobus modis in gl.
ſecundum primum modum dicit ꝙ
ipſum reſcriptum originale probat, non eius exemplum.
Secundum aliam dicit notabilius, Exemplari ⁊ authenticari po
teſt originale reſcriptum, nō exemplum ipſius hoc dicit. ¶ Et not.
hanc ſingularem lect. quam perpetuo tene menti. Not. quod licet
1 probet exemplum, tamen exemplum † exempli non probat, ſecun
dum iſtam lec. Sed ego examinabo hoc latius j. de eden. l. ſi proc. ⁊
auth. ſi quis in aliquo documento, ⁊c.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Sancimus. Ad hanc legem, cum hic nota. vide Bal.
in l. publicati j. de teſtamentis.

LEX IIII.

a **SI qua.** [a] Hanc legem habuiſtis §. prima conſtitutio
ne in fine.

ADDITIO.

a P. PAV. P. ¶ Si qua. Circa hāc legem quod referat in qua par
te ponatur dies, ⁊ conſul, vide Roma. conſi. cccxl. in principio.

LEX VI.

SAcri affatus. Hic ponit Imperator vnam
formam que debet ſeruari in
reſcriptis quam hodie de conſuetudine non ſeruamus, ⁊c.

LEX VII.

VNiuerſa. Hic Imperator iubet, vt in ſuis reſcri
ptis opponatur illa clauſula, ſi preces
veritate nitantur, quod eſt verum in reſcriptis conceſſis a
Principe, ſine conſenſu procerum.

ADDITIO.

* ALEX. ¶ Si preces. de clauſula, ſi preces ⁊c. vide Bald. poſt
Bart. in l. preſciptione, §. ſi contra ius vel vtil. pub.

De ſtatuis, & imaginibus. Rubr. XXVII.

LEX II.

SI Quando. Not. ex hac lege quod quādo
iudex debet adeſſe in certo lo
co, nō creditur ei, niſi probet legitime. Ideo ſis cautus,
quando eris aſſeſſor, quod cum dicat ſtatutum quod
qualibet die horis congruis iudex debeat ſedere ad banchum, fa
a cias quolibet die hoc a notario ſcribi, ne poſſit tibi obijci poſtea [a]
in ſindicatu, ⁊c.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Obijci poſtea. Uide Bar. in l. Titia. §. fi. de verborum
obligatio.

LEX IIII.

ET virtutum Not. hanc l. pro ſermonibus ⁊
arēguis que fiunt quādo fiunt
dona a communibus, ⁊c.

De officio prefecti pretorio. Rub. XXIX.

¶ Alias, de offi. prefec. Orien. ⁊ Illirici.

LEX I.

LIbellus. Signa iſtam l. j. ¶ Not. quod licet li
bellus principi datus faciat litē con
teſtari quandoque, vt §. quando libellus Principi da
tus, ſecus in libello dato alicui inferiori, vt regis lega
to, vel ſimili vt hic dicit.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Formam. Uide Bar. in l. j. ff. quod quiſque iur. in prin.
Bal. in l. nulli. C. de ſenten.

LEX II.

a **FOrmam.** [a] Alias, normam. Not quod prefectus
poteſt facere legem generalem, ⁊ intel
ligit Odof. generalem inter omnes ſubditos, quod not.

LEX III.

SI quos. Not. quod iudices remouentur propter
negligentiam, quod no. ⁊ tene menti per
petuo. ⁊c.

De officio prefecti vrbis. Rubr. XXXI.

LEX I.

a **STudentib.** [a] Not. quod licet in ciuitate fiat
vnus officialis ſpecialis, ſuper
damnis datis, vel ſuper abundantia, nō tamen propter
b hoc [b] tollitur iuriſdictio quam habet Poteſtas, qui ha
* bet vniuerſalem iuriſdictionem, quod not. ⁊ tene menti.*

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ Studētib. Uide Bar. in l. in ſacris, la grande. j. de pro
ximi. ſacr. ſcri. ⁊ vide Bartol. ⁊ que ibi dixi poſt eum in l. quoties de
admini. tut.
¶ Adde tu circa hoc, dictum Bar. Fran. de Aret. in c. ceterum. de
iudi. qui illud ſequitur, ⁊ ibi allegat concordantes.

b P. PAV. P. ¶ Propter hoc. Uide omnino late Aret. defend. ⁊
comprobantem iſtam opin. Bar. in l. quod in rerum. §. ſi quis poſt.
ff. de leg. j. quaſi per totum, quia ſunt qui tenuerunt contrarium, vi
de ibi per eum qui reſpondet etiam ad iſtum text. quod parum fa
cit pro Bal. qui tenebat contrarium, ⁊ allegabat pro ſe. Ad idem
vide Aret. conſi. cij. incip. ſpectabilis dominus collateralis. Rom.
late conſi. cccxciij. inci. preſens conſultatio. vbi allegat nouem text.
pro opi. Bar. hic, ⁊ multas authoritates ⁊ ſuper omnes vide latiſ
ſime. Feli. in c. paſtoralis. extra de offic. ordi. vbi ponit octo limita
tiones ad communem concluſionem Bar. hic Adde etiam text. in
l. j. C. de conſi. fiſc. deb. lib. x. vt refert Iaſ. in l. coheredi. §. qui diſcre
tas. in iiij. notab. de vulg. ⁊ pupil. ſubſti. Uide etiam late Iaſo. in d.
l. quod in rerum. §. ſi quis poſt, vbi ponit quid ſi ſit datus ſpecialis
viſitator alicui monaſterio ſeu monachis, cenſetur derogatum ge
nerali viſitatori. Uide etiam que dicit Iaſo. in l. Titie textores in
viij. notab. de leg. j. Item circa dictum Bartol. hic, vide latiſſime
Barb. in c. ij. de offi. leg. Quid autem ſi eſſent duo iudices ſpecia
les, ſed vnus magis ſpecialis quo ad perſonas, ſed magis genera
lis quo ad cauſas, aut econtra, coram quo ſit agendum, vide Bar.
⁊ que ibi addidi in extrauagan. ad reprimendum. in verſic. non ob
ſtantibus. Uide Decium conſil. iij. quando data eſt ſpecialis iuriſ
dictio alicui, an cenſeatur derogatum poteſtati.

* CLAVD. DE SEISS. ¶ Tene menti. Uide per Alex. in l. gal
lus. §. ille caſus. de lib. ⁊ poſthu. ⁊ pleniſſime Felyn. poſt alios. in ca.
paſtoralis. de offic. ordin.

LEX II.

QUod promulgatis. Non poteſt ad
inquiſitionē pro
cedi niſi fama precedat. hoc dicit, iſta l. que eſt bona licet
gloſſ. dicat, quod non legitur. Oportet ergo quod prius
conſtet, quod ſint obnoxij, quod eſſe non poteſt, niſi citetur. Iſtud
autem non poteſt probari ſine eius preſentia, niſi fama precedat,
quod not. bene perpetuo, ⁊c.

De officio magiſtri officiorum. Rubr. XXXIIII.

LEX I.

PRiuilegijs. Uide hanc l. in fin. que allegatur
in preſentatione ſcholariū, quod
debent preſentari per ſuum doctorem.

LEX II.

NEmo. Uide hanc legem, ⁊ ſequentem, circa finem,
que eſt bona pro iſtis moralib. non pro alijs.
vide etiam legem finalem huius tituli.